



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Theologiae Mysticae Sive Exercitiorum Spiritualium Admodum Reverendi Patris P. Aloysii Siderei, Alias Vincentii Caraffa, Societatis Iesv Praepositi Generali, Tomvs ...**

ex Italico Latino recenter idiomate opera et studio fidelissimi cuiusdam  
interpretis donatus

Iter ad coelum in quatuor partium Semitas seu partes, & Fasciculum  
Myrrhæ

**Caraffa, Vincenzo**

**Coloniae Agrippinae, 1660**

In cœnaculo, hora 1. 2. 3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-49363](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-49363)

CAP. IX.

Exercitio pro memoria Passionis Christi per diem excitanda.

Ortus Passionis Christi cursus diuidetur in viginti quatuor mysteria: vt singulis diei horis fiat memoria cuius mysterii: & illæ horæ, quas somno impedire non poterimus, anticipari poterunt. Distributio huiusmodi: Tota Passio diuidetur in octo stationes: prima erit in cœnaculo; secunda in horto; tertia in domo Anan: quarta in domo Caiphæ; quinta in domo Pilati; sexta in domo Herodis: septima denud in domo Caluarie. In qualibet statione considerabuntur tria mysteria, quæ in vniuerso erunt viginti quatuor, tot videlicet, quatuor horæ diei & noctis.

Hora prima.

In Cœnaculo.

Christus in cœnaculo docet humilitatem, Discipulos lauando pedes, Capit lauare pedes Discipulorum. Et exhibuit tanquam medium attingendi veram celsitudinem & magnificentiam, dicendo: Qui maior est vestros, fiat sicut minor.

IOAN. 13. LUC. 22.

Hora 2.

Christus cœnans cum Discipulis suis instituit sanctissimum Sacramentum, Accipite, & comedite, Hoc est corpus meum, veluti Sacramentum amoris, & consequenter cœnæ & conuersionis.

Matth. 26.

Hora 3.

Christus discedens è cœnaculo instituit sermonem ad Discipulos.

IOAN. 14.

Discipulos suos: *Non turbetur cor vestrum. Credite in Deum, & in me credite.* Pro primo & principali uerbo commenda: Discipulis exercitium Fidei, quod ait Augustinus, *Si tecum est Fides, tecum erit etiam Deus.*

S. Aug.

Hora 4.

In Horto.

Matth. 26. Incipit timere. *Cæpit pauere, cadere, conturbari.*  
 Marc. 14. *mæstim esse, timore suo merendo nostram fortitudinem.*

Hora 5.

Christus deprecatur Patrem, sudat sanguinem & Aquam  
 Matth. 26. *gelus ad confortandum ipsum comparet. Prostratus*  
 Mar. 14. *super terram in faciem suam, orabat. Faciem suam*  
 Luc. 22. *eius, sicut gutta sanguinis. Apparuit autem illi Angelus*  
*de cælo confortans eum.*

Hora 6.

Christus in horto captus est, & ligatus. *Tenuerunt*  
 Matth. 26. *& ligauerunt eum. Ut nos tolueret à vinculis peccatorum*  
 Marc. 14. *nostrorum.*  
 Luc. 22.  
 Ioan. 18.

Hora 7.

In domo Annæ.

Examatus fuit circa doctrinam & Discipulos. *Pharisæus*  
 Ioan. 18. *quis ex interrogauit Iesum de Discipulis suis, & de doctrina*

Hora 8.

Respondet Christus, doctrinam suam notam esse  
 Ioan. 18. *omnibus. Ego palam locutus sum mundo.*